

4098 speculum Praeneste rep., postea apud Augustum Castellani; nunc in museo Kircheriano.

a                          b  
MARSVAS              PAINSSCOS  
saltant circa craterem columnae impositum  
ad latus per longitudinem  
VIBIS · PILIPVS · CAIVAVIT

*Monumenti dell' Instituto* vol. 9 (1871) tab. 29 fig. 2. Enarravit Benndorf *bull. dell' Inst.* 1867 p. 67. 68, item ann. inst. arch. 1871 p. 117—126. De Witte *comptes rendus de l'academie des inscr. et b.-letr.* 1867 p. 52. Inscriptiones repetiverunt Eph. epigr. 1 n. 24; Garrucci syll. n. 536, qui dicit se descripsisse. Denuo ad aes conlatum Klügmann et Koerte *etr. Spiegel* vol. V tab. 45 cf. p. 54.

Inscriptionem *b* non PAINSCOS, ut legerunt primi editores, sed PAINSSCOS legendum esse ait Garruccius; et in ipsa tabula *mon. dell' Inst.* quinta littera magis videtur s esse quam i; *Painsscos* errore caelatoris scriptum esse pro *Painsscos* censet Jordan *krit. Beitr.* p. 27. — De nomine caelatoris *Vibis Pilipus*, quod si vere est *Vibius Philippus*, satis mirum est hac aetate, dixit Mommsen Eph. ep. 1. c.

4099 speculum. Romae apud I. P. Bellorium DE LA CHAVSSE. In thesauro Brandenburgico BEGER. Extat Berolini in museo.

Mercurius et Paris  
MIRQVRIOS ALIXENTROM

Speculum delineaverunt de la Chausse Romanum museum sive thesaurus eruditae antiquitatis (Rom. 1690) sect. 3 tab. 20 cf. p. 84 (inde Inghirami *gall. Omer.* 2 tab. 223); Beger thes. Brand. 3 p. 424; Lanzi *saggio di lingua etr.* vol. 2 tab. 12 fig. 2 cf. p. 219 (inde Millin *gal. myth.* tab. CLI); Gerhard *etr. Spiegel* tab. 182 cf. text. III p. 181, unde repetivit Ritschl tab. IF. — Enarravit Friederichs *Berlins ant. Bildwerke* II p. 68 n. 122. Inscriptiones repetivit Mommsen huius Corp. vol. I n. 59.

*Alixentrom* aliis est casus quartus, aliis (ut Corsseno de lingua Etrusca II p. 635) *Alixentros* ultimo elemento Etrusco.

4100 Romae apud Depolettium; *on a de raisons de croire qu'il provient de Préneeste* ROVLEZ. Londinii apud Taylor sacerdotem (*Kensington 45 Beaufort Gardens*) KLVEGMANN.

sedet rex grandaevus (a), ad quem accedit vel a quo discedit iuvenis (c) ducens equum alatum (b)

a                          b                          c  
OINOMAVOS ARIO MELERPANTA

Inscriptiones delineavit Ritschl tab. XIO, totum speculum Brunn *Monumenti dell' Inst.* vol. 6 (1859) tab. 29 fig. 1 (unde repetivit Ritschl enarr. p. 102) et Gerhard *etr. Spiegel* tab. 333 cf. text. IV p. 76 seq. Memoratur *archaeol. Anzeiger* 1859 p. 87\*. Enarravit Roulez ann. inst. arch. 1859 p. 135 seq. Vidit etiam Kluegmänn, qui inscriptionem *a* lapsu calami ut puto excepit OINOMAVOS. — Huius Corp. vol. I n. 60.

*Melerpantam* esse Bellerophontem, cui apud Plautum Bacch. 810 nomen est *Beleropantes*, Arionem equum a Neptuno creatum adnotaverunt editores; ceterum pro Arione expectaveris Pegasus, pro Oenomao Proetum.

4101 speculum prope Praeneste repertum a. 1866; possidebat primum comes Tyskiewicz, deinde Sambonus Neapolitanus, nuper Chervet Parisiacus.

iuvenis imberbis (b) arae innixus puerum (c) amplexus minatur gladio se eum perfossurum; huic opem laturus vir barbatus (a) adgreditur iuvenem gladio stricto.

a                          b  
TASEOS              LVQORCOS

TILONICOS · TASEIO · FILIOS

*Monumenti dell' Instituto* vol. 9 (1869) tab. 7. Memoravit primus et inscriptiones edidit Helbig *bull. dell' Inst.* 1869 p. 14. Ad ectypum ab Helbigio missum de Witte *comptes rendus de l'academie des inscr. et b.-l.* 1869 p. 105. Fusc enarravit H. Heydemann ann. inst. arch. 1869 p. 196 seq. Eph. ep. 1 n. 23. Garrucci syll. n. 540 qui habuit delineatum a possessore.

Inscriptio *c* propter spatium angustum deorsum currit, praeterea ultimas litteras IOS habet disiunctas a reliqua inscriptione crure pueri et retro versas. — TASEIO magis quam TASEI cum puncto legendum esse suadet tabula edita in *Monumenti* (item delineatio apud de Wittium p. 106); Helbigius tamen (*bull. I. c.*) adsentiente Henzeno hoc verum esse adfirmat (Garruccii, qui speculum non vidit, nulla auctoritas est.).

Hoc speculum si inscriptionibus esset destitutum, diceres caelatorem exprimere voluisse fabulam Telephi qui Orestem puerum rapuit. At obstant inscriptiones. Igitur aut plane inconsulte caelator inscriptiones adposuit aut respexit fabulam aliquam nobis praeterea ignotam. Lycurgus erit, ut coniecit Helbig, notus ille rex Thraciae, *Taseos* eponymus vicinae insulae Thasi.

4104 speculum repertum Praeneste, Romae apud Martinettium HELB. Anno 1884 inter res hereditarias Alexandri Castellani Parisiis venum prostabat; emit Hoffmann negotiator rerum antiquarum.

in suggestu iacet canicula	puella chitone vestita et speculum tenens ACILA	imberbis iuvenis vultu ad naturam vivide expresso MEFIO cuius in gremio sedet puella nuda ornata armillis CASIA
----------------------------	--	--

ad latus per longitudinem:

CEISIA · LOVCILIA · FATA · RET · IVNIO · SETIO · ATOS · RET ·

Helbig Eph. epigr. I p. 153 n. 168 b qui descripsit cum Henzeno; Garrucci syll. n. 539 auctore non laudato; *Catalogue des objets d'art dépendant de la succession Alessandro Castellani* p. 50 n. 431.

Puellae quam MEFIO amplexatur nomen CASIA est Helbigio et catalogo Castelliano, FASIA Garruccio. — In inscriptione ad latus posita tertium vocabulum Helbig descripsit sic ut supra, addens primam litteram etiam pro E haberi potuisse (FATA etiam Garruccius); CATA catalogus Castellianus; vocabuli ATOS secundam litteram pro I accipi posse ait Helbig. Argumentum caelaturae Helbigio non ex fabulis repetitum, sed ad vitam domesticam expressum videbatur. Ceterum nomina figuris adscripta unde sumpta sint vel quid significant, plane incertum est. Temptamina Iordani vide apud ipsum p. 77. — In inscriptione ad latus adscripta *Ceisias Loucilia et Iunio Setio* nomina sunt privatorum Praenestinarum ut videtur, fortasse coniugum duorum, *fata* vocabulo quod sequitur nomen mulieris apparet respondere *atos* post nomen viri, sed significatio incerta est (*fata* matrem; *atos* patrem significare coniecit Jordan p. 72); item plane obscurum est vocabulum *ret*.

4102 speculum Praeneste rep.; possident Patinatii SCHOENE. Ubi nunc extet, ignoratur.

in medio Aiax (b) quem armis instruit mulier (a);  
ab altera parte mulier (c) vestita et stephane induta Iyram  
plectro per cutiens;  
iuxta hunc humi sedet Satyrus e poculo bibens

a                          b                          b  
TELIS              AIAX              ALCVMENA

*Monumenti dell' Instituto* vol. 9 (1870) tab. 24/5 fig. 5. Enarravit R. Schoene ann. inst. 1870 p. 350—352. Repetiverunt Eph. epigr. 1 n. 22; Garrucci syll. n. 537.

Antiquos Thetim Thelim dixisse narrat Varro de r. r. 3, 9, 19, quem locum attulit Schoenius. Ceterum cum Thetidi nihil umquam fuerit commune cum Aiace, nec magis Alcmenae quicquam cum altero eorum, hoc speculum eis artis operibus adnumerandum esse, quibus artifex inscriptiones plane inconsulte apposuit, recte dixit Schoenius.

4103 speculum Praeneste repertum GARR. Nunc Romae apud Augustum Castellani.

Victoria coronam ferens adstat Paridi, qui sedet hastae  
innixus, pileo in umerum reiecto GARR.

VICTORIA ALIXENTROS

Garrucci syll. n. 535 qui vidit. Koerte habet delineatum.